Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



inquid accusare illum dicentes, hunc inuenimus
subuertentem gentem nostram & prohibentem tri
buta dari caesari & dicentem se xpm regem ee.
Quod uerum nunc secundum iohannem commemorare uidentur iudaei noluisse dicere crimina cum dixisset eis pilatus. Quam accusationem aduertis aduersus hominem hunc. responderunt enim si non esset hic malefactor. Non tibi tradidissemus eum.
Uidelicet ut eorum auctoritatem securus quiesceret obicere desineret quaerere, Sed obhoc tantum nocentem credere. Quod sibi abeis tradi meruisset,
Ergo intellegere debemus hoc dictum esse. & illud quod lucas commemorauit, Multa enim dicta & multa responsa sunt, Unde cuique eorum quantum uisum e descerpsit & in narrationem suam posuit.
Quod satis esse iudicauit, Nam & ipse iohannes dicit quaedam quae obiecta sint quaesuis locis uidebimus,
Itaq; sequitur. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos & secundum legem uestram iudicate eum, Dixerunt ergo ei iudaei. Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo ihu impleretur quem dixit. significans quae esset mos temortturus, Introiit ergo iterum in praetorium pilatus & uocauit ihm. & dixit ei,
Tu es rex iudaeorum. & respondit ihs. Aut em ipse hoc dicis. An alii tibi dixerunt de me. & hoc uidetur non conuenire illi. quod ab alis commemoratum e
Respondit ihs iudicis, Nisi in consequentibus ostendere. & illud dictum ee. Unde ostendit. ea quae nunc dicit a caeteris potius euangelistis tacita. quam a dno dicta non esse. Attende ergo caeteris, respondit inquit pilatus. Numquid ego iudaeus sum gens tua & pontifices tradiderunt te mihi quid fecisti,